

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

X

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

sefe ad concubitum modis omnibus sollicitantem, intactam tamen dimiserit. Vade & Phrynen ipsam postridie rogantibus iis qui illam submiserant, dixisse ferunt: Cum statua sefe, non cum homine cubuisse. Gravitate vero eius & fidei tantum tribuerunt Athenienses, ut quum injurati nullius testimonium admitterent, huic soli injurato crederent. Missus ad Philippum legatur, quum collegas humaniter accipi videret, muneribus ornari, convivis adhiberi: sefe autem qui legationis ejus princeps erat, vix in conspectum admitti, quod Macedonum rebus semper esset adversatus: conversus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quod sefe unum Philippus suus in Athenienses ingratitude & perfidia testem videretur. Alexandri quoque munera fortissimè animo contempsit: regibus, inquit, non philosophis opus esse pecunia. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quum noctu forte in sartagine offendisset. Autores Laërtius & Suidas. Xenocrates alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit *de ætate*: id est, domesticum auspiciam, quum scilicet, aut mustela, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

Xenodochus, Claudianus quidam, ad quem Alexander conversus verba facit apud Plut. in Alexandro.

Xenodorus, statuarius, scientia fingendi, cælandique nulli veterum postponendus, cujus meminit Plinius libro trigesimo quarto, capite 7.

Xenodorus, *ἱστοριογράφος*, fuit historicus, patria Troezenus.

Xenon, *ἱστοριογράφος*, Pictor Sicyonius, Neoclis discipulus: cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

Xenophanes, penultima correpta, *ἑσπερίων*, Philosophus Colophonius, Dexii, sive (ut Apollodorus mavult) Orthomenis filius, Archelai auditor, qui contra Homerum & Hesiodum elegias scripsit & lambos, irridens ea quæ de diis sunt commenta. Dei substantiam rotundam esse sensit, nihilque cum hominibus habere commune, totum cernere, totumque audire, unum esse omnia, mentem, prudentiam, æternitatem. Autor Laërtius. Eiusdem meminit & Cicero quarta Academica: Xenophanes (*inquit*) paulò etiam antiquior, unum esse omnia tradit, neque id esse mutabile, & id esse Deum. Fuit & alter Xenophanes ex Lesbos insula, Poëta Iambicus, ut refert idem Laërtius.

Xenophilus, penult. corr. *ἑσπερίων*, Nomen Musici Chalcedensis, philosophi Pythagorice quo Valerius Maximus, Bionto minor quam Gorgias, qui centum & quinque vixit annos. Xenophilus Chalcedensis Pythagoricus fuit, sed felicitate non inferior: siquidem (ut ait Aristoxenus Musicus) omnis incommodi humani expertus, in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Eundem & Plinius inter rara felicitatis exempla commemorat, lib. 7. cap. 50: Pro miraculo (*inquit*) id solitarium reperitur exemplum. Xenophilum Musicum centum & quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo.

Xenophon, *ἑσπερίων*, Nomen philosophi, & ducis insignis Atheniensis, qui Socratis discipulus, & Platonis æmulus fuit, speciosus, moratus, & omnibus gratus: tanta verò eloquentia, ut musa Attica à nonnullis fuerit appellatus. Insinuatus in Cyri minoris amicitiam, cum eo militavit: eoque in acie exsilio, exercitus reliquias ex ultimis Babylonis finibus per aspera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripsit Cyri majoris Pædian, non tam historice serviens veritati (ut inquit Cic. libro 2. de Orat.) quam ut absolutum institueret ducem. Præterea Cyri minoris expeditionem adversus Artaxerxem fratrem: De rebus Græcorum libros sex: Symposium Oeconomicum, à Cicero, teste Columella, Latinitate donatum. Ad hæc de re equestri, de venatione, Socratis Apologiam: aliaque nonnulla quæ etiam hodie omnium manibus terantur. Tres alii præter hunc Xenophontes commemorantur à Suida: quorum primus Antiochenus fuit, qui Amatoria quædam scripsit, quæ Babylonica appellavit. Alter Ephesius, qui & ipse Amatoriarum narrationum libros decem scripsit, quæ Ephesiaca nominavit. Tertius Cyprius, qui & ipse Amatoria quædam edidit de Cynira, Myrtha, & Adonide: quæ Cypriaca nominavit. Laërtius septem commemorat Xenophontes: quorum nomina & scripta vide apud ipsam.

Xeræ, *ἑσπερίων*, Vrbis prope Herculis columnas: ut ex Theopompi sententia refert Steph.

Xeroliby, *ἑσπερίων*, Libya sicca: hoc est, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deserta: quam Virgil. lib. 4. Aen. vocat regionem siti desertam.

Xeroliphus, *ἑσπερίων*, Tumulus fuit Constantinopoli, cochlearum, & Dianæ columnam strudilem, & tripodem habens, in quibus Epigrammata solebant inscribi. Quæ voce utitur Iustinianus C. de publicis judic. etiam Alcibiades vocè

adulterinam esse putaverit. Meminit hujus tumuli Suidas & Priscianus, qui lib. 1. de accidentibus literæ, Epigrammata quædam se legisse testatur Byzantii in Xeroliphis, in vetustissimo tumulo inscripta.

Xerxēs, *ἑσπερίων*, Minoris Armeniæ regio: ita dicta à Xerxe, quemadmodum à Cambyse Cambysene. Autores Stephanus & Strab. lib. 11.

Xerxes, *ἑσπερίων*, German. Ein Sohn Darius, umb ein gemettiger König in Persia so mit sbezechem mat handert tausent Mannen in ein Jahr wider die Griechen ansetzogen ist. Persarum rex fuit, filius Darii, & Cyri ex Atosa filia nepos, qui centum septuaginta hominum myriadibus: hoc est, decies septies centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam quum ex editiore specula aspexisset, teneriter fertur lachrymasse, quod post centum annos: ex tanto hominum numero nemo esset superstiturus. Tantum autem habuit navium apparatus, ut totum Hellepontum operiret, & Asiam Europæ ponte conjungeret. Athos præterea montem, teste Plinio, libro 4. capite 10, à continente abscidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, navale quoque certamen cum Themistocle tentavit: à quo similiter apud Salaminem superatus, quum antea tota maria classe sterneret, vix parvula cymba effugit, relicto Mardonio Præfecto, qui & ipse rein Bœotia infeliciter gesta cum paucissimis in Persidem se recepit. Demum quum se otio, fœcordiæque, relicta militibus tradidisset, præmium genus luxuriæ novum invenientibus proposuit, ut scribit Valerius. Quamobrem à suis spreus paucis post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quum regnasset annis octo. Vide hæc latius apud Justinum Trogi abbreviatorem. Xerxes alter, pictor Heraclota Venerem aded pulchram pinxit, ut ex ea quædam magnum faceret, pretio accepto ab his, qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cavillo Venerem amitam Xerxes vocitabant, quod ex ejus lenocinio quantum faceret. Autor Aelianus de varia histotia.

Xerxes, *ἑσπερίων*, Libyæ urbs, ut ex Alexandro annotavit Stephanus: cujus incolæ dicuntur Xiliaræ.

Ximene, pen. prod. *ἑσπερίων*, Ponti regio, salis fossilis habens todinas: unde & Halys fluvius, qui ex ea oritur, nomen accepisse existimatus. Autor Strabo lib. 12.

Xiphonia, *ἑσπερίων*, Sicilia oppidum, non procul à Tauroninio in promontorio situm: ut ex Theopompi sententia docet Stephanus, & Strabo lib. 6.

Xoës, *ἑσπερίων*, Stephano, insula est in mediterranea Aegypti, supra Sebenniticum & Pharniticum ostium, oppidum habens ejusdem nominis. Autores Stephanus & Strabo lib. 17. Hinc Xoites nomos: hoc est, ex Xoïtica præfectura, apud Plinium lib. 5. cap. 9.

Xuchës, *ἑσπερίων*, Libyæ oppidum, ut ex Artemidori Epitome annotavit Stephanus: cujus incolæ appellantur Xuchitæ.

Xuthia, *ἑσπερίων*, Sicilia oppidum, ut ex Philisti sententia tradit Stephanus: Gentile Xuthiæ.

Xuthus, *ἑσπερίων*, Hellenis filius, & gener Erechthei, qui in Terrapoli Atticæ: hoc est, Oenoam, Marathonem, Probalinthum, & Trioconium colonos deduxit. Autor Strabo lib. 4.

Xylênepolis, *ἑσπερίων*, Vrbis in Confinio Cariz, & Indiz, ab Alexandro condita: ut post Onesicritum refert Plin. lib. 6. cap. 23.

Xylina, *ἑσπερίων*, Cappadociæ oppidum, inter Arcadiz, & Cissæ fluviorum ostia situm. Autor Ptol. lib. 5. cap. 6.

Xylos, *ἑσπερίων*, Vrbis Cariz, unde Xyllus vel Xyleus, Steph.

Xynia, *ἑσπερίων*, Thesaliæ oppidum, apud Polybium lib. 9. à quo vicina palus Xynias appellatur, quæ alio nomine Bæquidem vocant, Stephan.

Xypethe, *ἑσπερίων*, vicus in tribu Cecrotide. Tribulis Xypeteon, Stephan.

Xystis, *ἑσπερίων*, urbs Cariz: à qua Xystiani dicti sunt populi hæti Apamiz, ut scribit Plin. lib. 29. cap. 5.

Z

Abida, *ἑσπερίων*, Vicus in Arabia mediterranea, ut ex Yranio annotavit Stephan.

Zabii, *ἑσπερίων*, Populi Indici, qui cum Detiade contra Dionysium pugnâverunt, Steph.

Zacharias, *ἑσπερίων*, Magus Babylonius, qui de gemmarum viribus scripsit ad Mithydatem

Ponti regem. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Zacanthæi, *ἑσπερίων*, Zacynthiorum coloni, teste Polybio, Eryenni

